



Per.  
Lat  
020

Prodit Budapesti, I. Lipótmezei-út 6. decies in anno.  
Pretium praesolvendi annum 4 tinnuli 80 filleri.

Megjelenik Budapesten, I. Lipótmezei-út 6. tízszer  
egy évben. Előfizetési ára évi 4 Pengő 80 fillér.


## Ad iubilaeum Ordinis Sancti Benedicti.

Ex quo genus humanum in hac terra degit,<sup>1</sup> perpetuum manat<sup>2</sup> certamen *boni* cum *malo*.

Quandoque praevalent<sup>3</sup> *malum*; capit mundi animos, corrumpit mundi mores. At quorum melior est sententia mentis et cordis, illi ne corruptissimis quidem temporibus cum lupis ululant; secedunt magis in deserta,<sup>4</sup> et pertaesi<sup>5</sup> vanitatum terrenarum, meditantur<sup>6</sup> caelestia. Isti sunt *eremitae*<sup>7</sup> vitae.

Fit autem, ut plures eadem piaevitae ratione<sup>8</sup> ducti ad bona Dei communiter operanda coniungantur:<sup>9</sup> isti sunt claustrorum *monachi*.<sup>10</sup>

Initio etiam monachorum sic erat vita uti apud Ovidium de aurea legitur aetate: sponte sua fidem rectumque colebant atque



fraternum amorem; sexto denique Salutis saeculo iam et legibus opus erat.

Constituit autem ordinem vitae monasterialis<sup>11</sup> septuaginta tribus capitulis *Regula* sancti patris Benedicti, in Monte Cassino anno Domini 529. emissa.

Magni momenti<sup>12</sup> res tunc illa erat. Non solum enim ipsius Ordinis Sancti Benedicti monasteria sunt multiplicata in Italia propagataque per totam Europam, sed procedente tempore ad eandem normam<sup>13</sup>

1 él 2 folyton tart 3 elhatalmasodik 4 félrevonulnak inkább a magányba 5 megundorodva a földi hiúságtól 6 az égiesen elmélkednek 7 remetéi 8 jámbor életfelfogástól 9 egyesülnek 10 a kolostorok szerzetesei 11 a monostori (szerzetes) életnek rendjét 12 nagy jelentőségű 13 ugyanazon bencés szabály szerint.



Benedictinam alii quoque sunt constituti monachorum Ordines.

Iam vero per totam *aetatem mediam*<sup>14</sup> monasteria erant asyla, officinae<sup>15</sup> laboratoriaque morum Christianorum, scientiarum et artium. In hoc munere<sup>16</sup> Ordo Sancti Benedicti semper principales<sup>17</sup> agebat partes.

Nos Hungari praecipue eximias gratias huic Ordini debemus. Monachi enim Benedictini in convertenda gente Hungarorum ad Christi fidem apostoli, in erudienda magistri atque doctores, in gubernanda primi Sancti Regis consilarii erant. Quod lumen olim Mons Cassinus Italiae spargebat<sup>18</sup> et toti Europae, idem lumen sparsit Pannoniae totique Hungariae Mons Sacer Pannonius; quin spargit et annis novissimis, cum alteram iam dedit regno principem<sup>19</sup>-primatem.

Annum ab Ordine condito millesimum quadringentesimum iubilarem in magno gratulantium numero etiam *Iuventus* faustum felicem precatur claro Ordini.

<sup>14</sup> középkoronát <sup>15</sup> műhelyei <sup>16</sup> hivatásban <sup>17</sup> vezető szerepet vitt <sup>18</sup> szór <sup>19</sup> hercegprimást.



## De galantho<sup>1</sup> nivali.

Quando Deus mundum procreaverat, exornavit terram arboribus, fruticibus, herbis floribusque diversissimis. Quod ubi perfectum<sup>2</sup> erat, citavit<sup>3</sup> ad se cuncta vegetabilia,<sup>4</sup> ut cuique nomen daret et colorem!

Ledit autem imprimis unicuique plantae<sup>5</sup> communem colorem viridem; deinde itidem cuique speciales<sup>6</sup> suos flores, floribusque varios<sup>7</sup> suos colores et amoenos odores.<sup>8</sup> Denique dedit unicuique etiam nomen, quod proprietatibus<sup>9</sup> eius aptissimum videbatur.

Finito demum opere, dimisit Deus omnes plantas, unamquamque in suam regionem.<sup>10</sup>

Una tamen plantula, valde modesta,<sup>11</sup> ti-

## EX ARCHIVO RELIGIOSO

### I. Ex vita Sancti Benedicti Abbatis auctore<sup>1</sup> Sancto Gregorio Magno.

A. *Cap. 7.* Quadam vero die, dum idem venerabilis<sup>2</sup> Benedictus in cella consisteret, praedictus<sup>3</sup> *Placidus* puer, sancti viri monachus,<sup>4</sup> ad hauriendam de lacu aquam egressus est; qui vas, quod tenuerat, in aquam incaute submittebat,<sup>5</sup> ipse quoque cadendo<sup>6</sup> secutus est; quem mox unda rapuit et paene ad unius sagittae cursum<sup>7</sup> eum a terra introrsus<sup>8</sup> traxit.

Vir autem Dei intra cellam (positus),<sup>9</sup> hoc protinus<sup>10</sup> agnovit et *Maurum* festine<sup>11</sup> vocavit, dicens: «Frater Maure, curre, quia puer ille, qui ad hauriendam aquam perrexit, in lacum cecidit, iamque eum longius<sup>12</sup> unda trahit».

<sup>1</sup> Nagy Szent Gergely pápa írása szerint <sup>2</sup> tiszteltreméltó <sup>3</sup> az előbb említett <sup>4</sup> szerzetesnövendéke <sup>5</sup> beleejtve <sup>6</sup> belebukással <sup>7</sup> egy nyíllövésnyire <sup>8</sup> befelé húzta <sup>9</sup> bent a cellájában (szerzetesi szobájában) <sup>10</sup> tüstént <sup>11</sup> sürgősen <sup>12</sup> messzire.

mida et dubia in eligendo colore petendoque nomine, mansit sine colore et sine nomine  
Quid nunc faciat? Quo se vertat?

Adivit<sup>12</sup> imprimis violam odoratam et rogavit eam: «Carissima viola! Ecce ego sine colore et sine odore mansi. Da mihi paululum<sup>13</sup> de tuo colore caeruleo<sup>14</sup> et de tuo suavissimo odore!»

«Miseret<sup>15</sup> me tui valde, misera plantula, sed nequeo tibi dare colorem vel odorem; nihil enim praeter has duas proprietates habeo, adeo sum pauper et derelicta»<sup>16</sup> — respondit ei viola odorata.

Convertit se itaque anonyma<sup>17</sup> parva ad caltham<sup>18</sup> palustrem rogavitque illam his verbis: «Carissima calthula! Ecce ego sine colore et sine odore mansi: tu autem splen-

<sup>1</sup> a hóvirágról <sup>2</sup> miután ez megtörtént <sup>3</sup> maga elé szólította <sup>4</sup> az összes növényeket <sup>5</sup> növénynek <sup>6</sup> különleges <sup>7</sup> tarka, változatos <sup>8</sup> illataikat <sup>9</sup> tulajdonságainak <sup>10</sup> a maga vidékére <sup>11</sup> szerény <sup>12</sup> elment az ibolyához <sup>13</sup> egy kevéskét <sup>14</sup> kék <sup>15</sup> nagyon sajnálalak, szegény növényke <sup>16</sup> elhagyatott <sup>17</sup> a kis névtelen <sup>18</sup> a mocsári gólyahírhez fordult.



Res mira, et post Petrum apostolum inusitata!<sup>13</sup> Benedictione etenim postulata atque percepta ad Patris sancti imperium concitus<sup>14</sup> porrexit Maurus atque usque ad eum locum, quo ab unda deducebatur puer, per terram se ire existimans, super aquam cucurrit, eumpue per capillos<sup>15</sup> tenens cursu rapido<sup>16</sup> rediit.

B. Cap. 14. ... Gothorum namque temporibus, cum rex eorum *Totila* sanctum virum<sup>17</sup> prophetiae habere spiritum<sup>18</sup> audisset ad eius monasterium<sup>19</sup> pergens, paullo longius<sup>20</sup> substitit, eique se venturum esse nuntiavit. Cui dum protinus<sup>21</sup> mandatum de monasterio fuisset, ut veniret ipse: sicut<sup>22</sup> perfidiae mentis fuit, an vir Dei prophetiae spiritum haberet, explorare conatus est. Quidam vero eius spatharius<sup>23</sup> Riggo dicebatur, cui calcementa<sup>24</sup> sua praebuit, eumque indui<sup>25</sup> vestibus regalibus fecit, quem quasi in persona sua pergere ad Dei hominem praecepit: in cuius obsequio<sup>26</sup> tres, qui sibi prae ceteris adhaerere consueverant, comites misit, scilicet Vultericum, Rudericum et Blindinum, ut ante servi Dei oculos ipsum regem Totilam esse simulantes, eius lateri

des aureo colore flavo<sup>19</sup>; da mihi paululum de superfluo<sup>20</sup> tuo colore!»

«Quid tibi venit in mentem! — ait invida<sup>21</sup> caltha — ut ego dem tibi de auro meo? Et ego ipsa infelix sum, quod hoc unico colore debeo<sup>22</sup> contenta<sup>23</sup> vivere.<sup>22</sup> Abi, pete tibi aliunde!»

Abiit ergo anonyma parva, ruberque color amoris attraxit eam ad rosam.

«Carissima rosa! — sic rosam alloquitur — Ecce ego sine colore et sine odore mansi. Da mihi saltem de tuo colore rubro paululum!»

Rosa vero superba<sup>23</sup> spinis<sup>24</sup> acutis miseram a se arcebat<sup>25</sup> et nihil ei dedit.

Misera plantula adhuc quam plurimos flores adibat colorem odoremque petens: sed nullus eius misertus<sup>26</sup> est, nullus ei colorem dare volebat.

Desperatione<sup>27</sup> compulsa nunc iam abiit ad capram.

«Carissima capra! — ait ad eam — Fac bene,<sup>28</sup> comede me! Omnes plantae habent flores, habent colores, habent odores: sola

obambulant. Cui alia quoque obsequia, alios spatharios praebuit, ut tam ex eisdem obsequiis, quam ex purpureis vestibibus rex esse putaretur. Cumque idem Riggo decoratis vestibibus, obsequentium frequentia comitatus, monasterium fuisset ingressus, vir Dei eminus<sup>27</sup> sedebat. Quem venientem conspiciens, cum iam ab eo audiri potuisset, clamavit, dicens: «Pone<sup>28</sup> fili, pone: hoc, quod portas, non est tuum». Qui Riggo protinus<sup>29</sup> in terram cecidit, et quia tanto viro illudere<sup>30</sup> praesumpsisset,<sup>31</sup> expavit,<sup>32</sup> omnesque qui cum eo ad hominem Dei veniebant, terrae consternati<sup>33</sup> sunt. Surgentes autem, ad eum minime<sup>34</sup> propinquare

<sup>13</sup> P. apostol óta nem tapasztalt dolog ez! <sup>14</sup> sietve, lélekszakadva <sup>15</sup> hajánál fogva <sup>16</sup> gyors iramban <sup>17</sup> a szent férfiú, t. i. Benedek <sup>18</sup> a jövődölés lelkét bírja <sup>19</sup> monostora felé menve <sup>20</sup> kissé távolabban <sup>21</sup> rögtön <sup>22</sup> amennyiben az a család gondolata volt, hogy vajjon az Isten embere csakugyan bírja-e a jövődölés lelkét, ki akarta őt próbálni <sup>23</sup> fegyverhordozója <sup>24</sup> saját lábbelijét <sup>25</sup> felöltöztette <sup>26</sup> kíséretében <sup>27</sup> kellő távolságban <sup>28</sup> Tedd le, fiam, tedd le <sup>29</sup> tüstént <sup>30</sup> ily nagy férfiú megtréfálására <sup>31</sup> vete-medett <sup>32</sup> megrettent <sup>33</sup> a földre borultak <sup>34</sup> egyáltalán nem mertek.

ego his privata<sup>29</sup> mansi; nullus flos mihi vult donare de suo colore. Fac bene, comede me!»

Respondit ei capra: Non comedam te, sed si vis, dabo tibi colorem album lactis mei; et eris *flos* Graeco nomine *anthus*; et crit nomini tuo praefixum<sup>30</sup> *gala* e Graeco nomine *lactis*; et vocaberis dehinc *galanthus*.

Plantula adhuc anonyma gratissimo animo<sup>31</sup> ex proposito<sup>32</sup> caprae colorem et nomen suscepit.

*Galanthum* propter album colorem in gratiam receperunt etiam nives albae, adeo ut vere novo<sup>33</sup> omnium florum soli *galantho* iam inter nives liceret efferre<sup>34</sup> caput suum album. Hinc huic flori cognomen ducitur<sup>35</sup> vocaturque: *galanthus nivalis*.

Ex translato Josephi Albrecht disc. V. classis gymn.

<sup>19</sup> aranyárga színben <sup>20</sup> fölösleges <sup>21</sup> irigy <sup>22</sup> kell beérnem <sup>23</sup> a gögös <sup>24</sup> hegyes tüskével <sup>25</sup> tartotta távol <sup>26</sup> könyörült meg rajta <sup>27</sup> kétségbeeséstől hajtva <sup>28</sup> tégy jóf velem <sup>29</sup> megfosztva <sup>30</sup> előképzője <sup>31</sup> nagyon hálás szívvel <sup>32</sup> ajánlatából <sup>33</sup> korán tavasszal <sup>34</sup> szabad kidugnia <sup>35</sup> származik.



praesumpserunt:<sup>34</sup> sed ad suum regem reversi, nuntiaverunt intrepidi,<sup>35</sup> in quanta velocitate<sup>36</sup> fuerant deprehensi.<sup>37</sup>

Cap. 15. Tum per se<sup>38</sup> idem Totila ad Dei hominem accessit: quem cum longe<sup>39</sup> sedentem cerneret, non ausus accedere, sese in terram dedit.<sup>40</sup> Cui cum vir Dei bis terve diceret: «Surge», sed ipse ante eum de terra erigere<sup>41</sup> se non auderet, Benedictus Christi Jesu famulus<sup>42</sup> per semetipsum dignatus<sup>43</sup> est accedere ad regem, prostratumque de terra levavit<sup>44</sup> et de suis actibus increpavit.<sup>45</sup> Atque in paucis sermonibus cuncta, quae illi erant ventura, praenuntiavit dicens: «Multa mala facis, multa mala fecisti; iam aliquando ab iniquitate<sup>46</sup> conquiesce! Equidem Romam ingressurus es, mare transiturus, novem annis regnans decimo morieris.»

Quibus auditis, rex vehementer territus, oratione petita recessit, atque ex illo iam tempore minus crudelis fuit, et non multo post Romam adiit, ad Siciliam perrexit: anno autem regni sui decimo, omnipotentis Dei iudicio, regnum cum vita perdidit.

<sup>35</sup> bátran <sup>36</sup> a hebeburgyaságon <sup>37</sup> rajtavasz-tettek <sup>38</sup> ő maga személye szerint <sup>39</sup> távol <sup>40</sup> a földre vetette magát <sup>41</sup> felemelkedni <sup>42</sup> szolgája <sup>43</sup> méltóztatott <sup>44</sup> felemelte <sup>45</sup> tetteiért megróttá <sup>46</sup> a gonosz-kodástól nyughass!

## II. Ex Regula<sup>1</sup> sancti patris Benedicti.

Praemissum<sup>2</sup> ex libro II. Dialogorum S. Gregorii Papae caput 36.

Vir Dei, Benedictus, inter tot miracula, quibus in mundo claruit,<sup>3</sup> doctrinae quoque verbo non mediocriter fulsit.<sup>4</sup> Nam scripsit *Monachorum Regulam* discretione<sup>5</sup> praecipuam, sermone<sup>6</sup> luculentam. Cuius<sup>7</sup> si quis velit subtilius<sup>8</sup> mores vitamque cognoscere, potest in eadem institutione *Regulae* omnes magistri<sup>9</sup> illius actus<sup>10</sup> invenire, quia Sanctus Vir nullo modo potuit aliter docere, quam vixit.

### Ex prologo Regulae:

«Ausculat,<sup>11</sup> o fili, praecepta Magistri, et inclinat<sup>12</sup> aurem cordis tui, et admonitionem pii Patris libenter excipe, et efficaciter<sup>13</sup> comple; ut ad eum per obedientiae<sup>14</sup> laborem redeas, a quo per inobedientiae desidiam<sup>15</sup> secesseras.

Ad te ergo nunc meus sermo dirigitur, quis-quis abrenuntians<sup>16</sup> propriis voluntatibus, Domino Christo vero Regi militaturus, obedientiae fortissima atque praeclara arma assumis.»

«Constituenda<sup>17</sup> est ergo a nobis Dominici schola servitii,<sup>18</sup> in qua institutione<sup>19</sup> nihil asperum nihilque grave nos constituturos speramus»....

### Caput XXXVIII. de hebdomadario<sup>20</sup> lectore.

Mensis<sup>21</sup> fratrum edentium lectio deesse non debet:<sup>22</sup> nec fortuito casu, qui arripuerit codicem,<sup>23</sup> legere audeat ibi, sed lecturus<sup>24</sup> tota hebdomada, Dominica<sup>25</sup> ingrediatur. Qui ingrediens post Missas et Communionem, petat ab omnibus pro se orari, ut avertat ab eo Deus spiritum elationis.<sup>26</sup> Et dicatur hic versus in Oratorio<sup>27</sup> ter ab omnibus, ipso tamen incipiente:

«Domine labia mea aperies,<sup>28</sup>

et os meum annuntiabit laudem tuam», et sic, accepta benedictione, ingrediatur ad legendum; summumque fiat silentium ad mensam, ut nullius mussitatio<sup>29</sup> vel vox, nisi solius legentis ibi audiatur.

Quae vero necessaria sunt comedentibus et bibentibus, sibi sic invicem ministrent<sup>30</sup> fratres, ut nullus indigeat<sup>31</sup> petere aliquid. Si quid tamen opus fuerit, sonitu cuiuscunque signi potius petatur quam voce. Nec praesumat<sup>32</sup> ibi aliquis de ipsa lectione, aut aliunde quicquam requirere, ne detur occasio maligno,<sup>33</sup> nisi forte Prior<sup>34</sup> voluerit pro aedificatione<sup>35</sup> aliquid breviter dicere.

Frater autem hebdomadarius accipiat mix-

<sup>1</sup> Szent Benedek atyának Rendiszabályából <sup>2</sup> előre-bocsátva Szt. Gergely pápa Párbeszédeinek II. kvéből a 36. fejezet <sup>3</sup> ékeskedett <sup>4</sup> a tudomány szavával sem kismértékben tündökölt <sup>5</sup> választékosságban kiváló <sup>6</sup> előadásban világos <sup>7</sup> t. i. Benedekét <sup>8</sup> élesebben <sup>9</sup> magának a mesternek is <sup>10</sup> ténykedéseit <sup>11</sup> hall-gasd meg <sup>12</sup> hajlítsd feléje szived fülét <sup>13</sup> tevékenyen <sup>14</sup> az engedelmesség munkája árán <sup>15</sup> renyhesség által elpártoltál <sup>16</sup> ellene mondva <sup>17</sup> megállapítandó <sup>18</sup> az istenszolgálat iskolája <sup>19</sup> intézményben <sup>20</sup> a heti felolvasóról <sup>21</sup> asztalairól <sup>22</sup> az olvasásnak hiányoznia nem szabad <sup>23</sup> az írott könyvet <sup>24</sup> aki olvasni fog egész héten <sup>25</sup> vasárnap kezdje <sup>26</sup> a kevélység lelkét <sup>27</sup> karban <sup>28</sup> nyisd meg ajkaimat <sup>29</sup> még suttogása se <sup>30</sup> szolgáltassák <sup>31</sup> hogy senkinek kérni ne kelljen <sup>32</sup> s ne is akarjon <sup>33</sup> a rosszrahajlónak <sup>34</sup> a perjel <sup>35</sup> lelkiépülésül.



tum<sup>36</sup> prius, quam incipiat legere, propter Communionem sanctam,<sup>37</sup> et ne forte grave sit ei ieiunium<sup>38</sup> sustinere. Postea autem cum coquinae<sup>39</sup> Hebdomadariis et servitoribus reficiat.

Fratres autem non per ordinem legant aut cantent, sed qui aedificent<sup>40</sup> audientes.

<sup>36</sup> kevertet (t. i. kenyeret és bort) <sup>37</sup> mert szent. áldozás után van <sup>38</sup> s nehogy nehezére essék az étlenül maradás <sup>39</sup> a konyhai és heti felszolgálókkal étkezzék <sup>40</sup> akik a hallgatók épülésére tudnak olvasni.

### III. Hymnus in Sanctum Patrem Benedictum.

Surge! Quid cessas?<sup>1</sup> Benedicte prodi  
E tuo demum redivivus antro:<sup>2</sup>  
Posceris<sup>3</sup> mundo; tua te retexit<sup>4</sup>  
Cognita virtus.

Te decet<sup>5</sup> sacros reparare<sup>6</sup> cultus;  
Te rudes<sup>7</sup> morum repetunt magistrum;  
Pro tuo<sup>8</sup> iurant dociles alumni<sup>9</sup>  
Vivere nutu.<sup>8</sup>

Impio<sup>10</sup> dudum temerata<sup>11</sup> cultu<sup>10</sup>  
Lustra<sup>11</sup> Cassini<sup>12</sup> petis alta montis;  
Ultor infames, Erebo<sup>13</sup> fremente  
Diruis aras.<sup>14</sup>

Haec erat tellus tibi destinata,  
Hic patrem sancti populi futurum<sup>15</sup>  
Monte sub sacro propior<sup>16</sup> docebit  
Te Deus intus.<sup>17</sup>

Regulam, coelo prius approbante,  
Scribis, hanc vitae speciem<sup>18</sup> beatæ:  
Tota mens Patris viget<sup>19</sup> hic; paterna  
Iussa sequamur! (E Breviario.)

<sup>1</sup> késlekedel? <sup>2</sup> a Subiaco melletti barlangból (olaszul Sacro Speco) <sup>3</sup> követelnek téged a világ számára; tartozol vele a világnak <sup>4</sup> felfedezett téged köztudomású erényed <sup>5</sup> téged illet meg; a te hivatalod <sup>6</sup> újjá szervezni a szent istenszolgálatot <sup>7</sup> az erkölcsökre ki nem művelt emberek <sup>8</sup> a te intelmed szerint élni <sup>9</sup> növendékeid (Maurus és Placidus) <sup>10</sup> pogány istentisztelettel <sup>11</sup> megfertőztetett barlangját <sup>12</sup> a Monte Cassinónak <sup>13</sup> a pokol fájdmára <sup>14</sup> Apollo oltárát <sup>15</sup> egy szent nemzedéknek leendő lelkiatyját <sup>16</sup> hozzád közelebb <sup>17</sup> bensőleg <sup>18</sup> a boldog életnek ez eszményképét <sup>19</sup> ebben él egész akarata.

### EX ARCHIVO LATINO HUNGARORUM

Ex Petri Ransani epitome<sup>1</sup> rerum Hungaricarum: specimen<sup>2</sup> ex Indice<sup>3</sup> II., quo describitur Pannonia.


Si illinc (scilicet a Castro Antiquo)<sup>4</sup> Danubium versus iter fiat, occurret<sup>5</sup> Iauriensis<sup>6</sup> (scilicet comitatus) nominatus a Iaurio civitate,<sup>7</sup> quam alluit<sup>8</sup> Arabon fluvius, ita nominatus a veteribus, sed Raba dicitur hodie ab accolis, qui<sup>9</sup> eodem in loco Danubium ingreditur.

Haud procul ab Iaurio mons est, quem nonnulli vocant Pannonium, et ab eo cognominatum dicunt fuisse Pannoniam; quod docti viri non probant; quippe qui<sup>10</sup> non Pannonium, sed Pannonum genitivo casu dicendum malunt,<sup>11</sup> ut sit intellectus: Pannonum hominum esse ipsum montem; non<sup>12</sup> ab eo nomen — quando quidem parvi momenti res est — tam amplam regionem assumssisse.

Alii Sacrum montem appellant propterea, quod in eius vertice situm est monasterium<sup>13</sup> in beati Martini honorem a beato Stephano, Hungarorum olim rege conditum. Vinetis<sup>14</sup> is mons vinoque ornatur.<sup>15</sup> Ipsum vero monasterium tenent monachi<sup>16</sup> ordinis beati Benedicti. Archiabbatia<sup>17</sup> appellatur ab Hungaris, cum eius abbas<sup>18</sup> dignitate universis, qui sunt in Hungaria, abbatibus antecellat, nec ulli subsit, nisi Romano pontifici.<sup>19</sup>

<sup>1</sup> P. R.-tól magyarországi dolgok rövid foglalata <sup>2</sup> szemelvény <sup>3</sup> a II. fejezetből <sup>4</sup> Magyaróvártól <sup>5</sup> élénk táru <sup>6</sup> Győr megye <sup>7</sup> Győr városáról <sup>8</sup> melynek tövét mossa <sup>9</sup> amely, t. i. a Rába <sup>10</sup> ők ugyan <sup>11</sup> tartják helyesebbnek <sup>12</sup> nem pedig, hogy az a terjedelmes országrész vette volna tőle nevét <sup>13</sup> monostor <sup>14</sup> szőlőültetvényekkel és jó borral <sup>15</sup> ékeskedik <sup>16</sup> szentbenedekrendi szerzetesek <sup>17</sup> főapátság <sup>18</sup> apátja <sup>19</sup> csak a római pápának van alárendelve (t. i. úgy, mint a püspökök).





## LECTORIBUS MINIMIS.

De pictura,<sup>1</sup> quae est in pagina<sup>2</sup> prima.

*Thomas*: Carole, tu maior es, tu plura scis; explica<sup>3</sup> mihi picturam, quae est in prima pagina.

*Carolus*: Libenter, amice! Explicabo, in quantum<sup>4</sup> potero. Num quid vis scire?

*Thomas*: Imprimis scire cupio,<sup>5</sup> quis sit ille senex, qui sedet a sinistra?<sup>6</sup>

*Carolus*: Senex ille venerabilis<sup>7</sup> est Sanctus Benedictus, qui ordinem<sup>8</sup> monachorum de suo nomine dictum condidit.

*Thomas*: Et qui sunt duo pueri?

*Carolus*: Duo pueri sunt discipuli senis atque alumni.<sup>9</sup> Ille maior, qui sedet a dextris,<sup>10</sup> est Maurus; alter vero minor, qui geniculat<sup>11</sup> in medio, est Placidus.

*Thomas*: Placet mihi iste Placidus. Sed dic, quaeso, fratres-ne fuerint isti duo, et cuius fuerint filii?

*Carolus*: Mauri pater erat Euty chius, Placidi pater erat Tertullius; uterque nobilis civis Romanus, sed iam Christianus. Sub disciplina<sup>12</sup> Sancti Benedicti autem duo pueri revera fratres facti sunt in Christo.

*Thomas*: Monachi<sup>13</sup> facti sunt et ipsi?

*Carolus*: Ita est; isti duo monachi facti sunt. Sed erant Sancto Benedicto et alii discipuli complures, qui Christiana disciplina eruditi<sup>14</sup> ad vitam civilem<sup>15</sup> redierunt.

*Thomas*: Pueros iam cognovi. Edoce me, quaeso, breviter etiam de ipso Sancto Benedicto!

*Carolus*: Sanctus Benedictus Nursiae, in oppido Umbriae, natus est anno post Chr. n. quadringentesimo octogesimo (480). Pater erat ei Eutropius, mater Abundantia.

*Thomas*: Scholas ubi frequentavit?<sup>16</sup>

*Carolus*: Grammaticam didicit domi; liberalibus<sup>17</sup> studiis vero erudiebatur Romae.

*Thomas*: Quid post studia fecit?

*Carolus*: Fugit mundi vanitates,<sup>18</sup> deserta<sup>19</sup> petivit, in specu<sup>20</sup> Subiacensi coelestia contemplans<sup>21</sup> eremitanam<sup>22</sup> ducebat vitam; mox in Monte Cassino scripsit monachis fratribus *Regulam* anno 529. Mortuus est anno (543.) quingentesimo quadragésimo tertio, die Martii 21-ma, quae nunc nomen eius gerit in Calendario.

*Thomas*: Gratias, amice Carole, pro his, quibus me breviter instituisti!<sup>23</sup> Sed dic mihi, quaeso, ubi ego de his rebus ampliora<sup>24</sup> legere possim?

*Carolus*: Hungarice et Latine in libro doctoris Adami Horváth sic inscripto: «Vita Sancti Benedicti et Ordinis eius res gestae<sup>25</sup> in Hungaria.»

*Thomas*: Gratias, amice!

1 a képről 2 az első oldalon 3 magyarázd meg 4 amennyire tudom 5 szeretném 6 balfelül 7 az a tiszteletreméltó öreg 8 a nevééről nevezett szerzetesrendet alapította 9 és növendékei 10 jobbfelül 11 térddepel 12 nevelése alatt 13 szerzetesek 14 kiművelve 15 a polgári életre 16 iskolába hol járt? 17 a szabad római polgároknak való tanulmányokkal R-ban művelődött 18 kerülte a világ hiúságait 19 az elhagyatott vadonokat kereste 20 a subiacoi barlangban 21 menynevi dolgokon szemlélődve 22 remeteéletet folytatott 23 kioktattál 24 bővebbet 25 története.

## Sententiae.

Una hirundo<sup>1</sup> non facit ver.

\*

Omne futurum incertum.

\*

Plus<sup>2</sup> valent boni mores, quam bonae leges.

\*

Contra vim mortis non est medicamen in hortis.

\*

Amicus magis necessarius, quam ignis et aqua.

\*

Etiam capillus<sup>3</sup> unus habet umbram suam.

\*

Nemo potest dominis pariter servire duobus.

\*

Per risum multum<sup>4</sup> debes cognoscere stultum.

1 fecske 2 többet érnek 3 egy hajszálnak is megvan 4 a sok nevetésről ismered meg.





EX DIURNIS

Desiit<sup>1</sup> tandem hiems, sed non desiit tempestatis<sup>2</sup> abnormitas. Cesserunt nives, cessit et glacies : at reverterunt frigora, nonnunquam etiam cum gelubus.<sup>3</sup> Toto mense Aprili facies<sup>4</sup> terrae retardata<sup>5</sup> est in vegetando ;<sup>6</sup> itidem retardati sunt rustici in colendis agris et inserendis<sup>7</sup> hortis. Quin<sup>8</sup> die 23-io Aprilis in montibus altioribus etiam ninge-  
bat.<sup>9</sup> — Domicilia per totum Aprilem ignibus fornacium<sup>10</sup> calefacienda<sup>11</sup> erant.

In Oceano Atlantico glaciei<sup>12</sup> montes immensae magnitudinis natant a polo<sup>13</sup> Septentrionali Meridiem versus. Montes isti natantes in longitudinem plusquam dena numerant chiliometra ; in altitudinem circiter sexaginta metra supra aequor eminent.<sup>14</sup> Natant autem tam densis agminibus,<sup>15</sup> quae navibus circumventis summa immineant pericula. Sic navi Anglorum grandissimae, cui nomen *Celtica*, quattuordecim horas luctandum<sup>16</sup> erat inter glaciei montes, ut perniciosam collisionem<sup>17</sup> evitaret.

Humanarum actionum nostra<sup>18</sup> nonnisi illa intersunt,<sup>18</sup> quae pactum *Trianonense* recensendum spectent<sup>19</sup> agitentque.

Sub festum Paschatis<sup>20</sup> facta est processio e basilica Sancti regis Stephani in Forum Libertatis ad *Gentis Vexillarium* :<sup>21</sup> ad deplorandam<sup>22</sup> sub illo signo sempiternam Dei iustitiam et resurrectionem gentis Hungaricae.

Veniunt iam grati<sup>23</sup> nuntii non solum ex Italia, sed etiam ex Anglia, qui praestantissima auctoritate<sup>24</sup> censeant<sup>25</sup> pactum *Trianonense* esse recensendum.

E nostro corde suspiravit primus liberae reipublicae Polonicae praeses, *Paderewski* : Ah, si mundus Hungarice sciret !

1 megszűnt végre 2 az időjárás rendellenessége  
3 fagyokkal 4 a föld színe 5 késleltetve volt 6 az  
éledésben 7 a kertek veteményezésében 8 sőt 9 még  
havazott is 10 kályhák tüzevel 11 kellett fűteni  
12 jéghegyek 13 az é. sark felől dél felé 14 emelked-  
nek ki a tengerszín fölé 15 olyan sűrű rajokban  
16 kellett vergődnie 17 összeütközést elkerülje 18 az  
emberi cselekvések közül minket csak azok érdekel-  
nek 19 felülvizsgálására irányulnak s azt mozgatják  
20 húsvét ünnepére 21 a Nemzeti zászlótartó elé  
22 lekönnyölgése végett 23 kellemes hírek 24 a leg-  
kiválóbb tekintéllyel 25 követelik.



*Dominus ad villicum* :<sup>1</sup> Abnormi hoc fervore<sup>2</sup> omnes iam nobis peribunt<sup>3</sup> porci, Ioannes !

*Ioannes villicus* : Etiam me anxiat<sup>4</sup> res valde. Dominum modo spectabilem<sup>5</sup> Deus optimus protegat servetque<sup>6</sup> nobis salvum!<sup>6</sup>

(Jos. Albrecht.)

\*

*Dominus expilatus*,<sup>7</sup> ira incensus ad diurnorum<sup>8</sup> constructorem : Auferat te diabolus, et auferat maledicta tua diurna !<sup>9</sup>

*Constructor*, percussus :<sup>10</sup> Quare, domine, quare ?...

*Dominus expilatus* : Quare ? Ideo, quia in diurnis hesternis de me scripsisti perfractorem<sup>11</sup> in meam domum penetravisse et omnem meam pecuniam e cistella<sup>12</sup> mensae abstulisse, praeter horologium<sup>13</sup> aureum, quod non in cistella inclusum, sed in plana<sup>14</sup> mensa iacebat, nec tamen a fure animadversum est.

*Constructor* : Num quid falsum<sup>15</sup> scripsi ? An oninino nihil<sup>16</sup> horum evenit ?...

*Dominus expilatus* : Immo,<sup>17</sup> adeo vere omnia perscripsisti, ut sceleratus ille perfractor nocte superiore<sup>18</sup> denuo<sup>19</sup> invaserit ad me et etiam horologium aureum abstulerit.

(Jos. Faubl.)

\*

*Magister historiae*<sup>20</sup> naturalis de fele<sup>21</sup> praelegens : Scitne aliquis vestrum exem-

1 a majoroshoz 2 hőségétől 3 elpusztulnak a disznóink 4 aggaszt 5 csak a tekintetes urat 6 tartsa meg egészségben 7 a kirabolt úr 8 a lapszerkesztőhöz 9 hírlapodat 10 megdöbbenve 11 hogy betörő hatolt be 12 az asztalfiókból 13 az aranyórámon kívül 14 a nyílt asztalon 15 valótlan, téves dolgot 16 semmi efféle 17 sőt 18 a mult éjjel 19 újból betört 20 természetrajz tanára 21 a macskáról.



plum ad demonstrandum, quam subdola<sup>22</sup> et falax sit feles?

*Nebulosus*: Ego scio, domine magister. In mensa hospitii<sup>23</sup> semper leporis vice<sup>24</sup> fungitur. (Herbertus Riedl.)

\*

*Pater* horribilem clamorem audiens intrat in cubiculum<sup>25</sup> vicinum ibique filios suos videt crudeliter converberantes.<sup>26</sup>

Ira incensus increpat eos: Uter<sup>27</sup> vestrum taetram hanc luctam<sup>28</sup> inivit?

*Stephanus*: Iosephus mihi primus reddidit<sup>29</sup> alapam.<sup>30</sup> (Steph. Frühbauer.)

\*

*Dominus Faber*<sup>31</sup> convenit amicum suum dominum *Sutorem*.<sup>32</sup>

Sciscitantur inviceni multa, referuntque plurima de rebus diversissimis.

Denique Sutor ad Fabrum: Quomodo valet, quid agit vicinus tuus *Setarius*?<sup>33</sup>

*Faber*: Carus meus vicinus *Setarius* iam pridem mortuus est.

*Sutor*: Siccine?! — Ideo eum tam raro video! (Ladisl. Békési.)

\*

*Novi*<sup>34</sup> *Divites*, vir cum coniuge, peregrinantur<sup>35</sup> in Italia, ubi inter alia inspiciunt et Pompeiana rudera.<sup>36</sup>

Cernunt diu diversa. Demum suspirat coniunx antiquitatum perita: <sup>37</sup> «Ah, quanto pere est dolendum,<sup>38</sup> quod nunc<sup>39</sup> temporis nulla iam aedificantur tam pulchra rudera!»

<sup>22</sup> alattomos és csalárd    <sup>23</sup> a vendéglő asztalán  
<sup>24</sup> mindig nyúlnak szerepel    <sup>25</sup> a szomszédos szobában  
<sup>26</sup> verekedni    <sup>27</sup> melyiktek    <sup>28</sup> kezdte ezt a csúnya esatát?  
<sup>29</sup> elsőül l. adott vissza    <sup>30</sup> egy pofont  
<sup>31</sup> kovács    <sup>32</sup> varga    <sup>33</sup> kefekötő    <sup>34</sup> Uj Gazdagék  
<sup>35</sup> utasnak    <sup>36</sup> romokat    <sup>37</sup> régiségtudós    <sup>38</sup> milyen nagy kár, hogy    <sup>39</sup> manapság.

# A E N I G M A T A.

## I.

Supple pro singulis punctis litteras sensu desideratas: —al, —vis, —ego, —epus, —sus, —us, —urris, —ra, —rsus, —ic.

Istae litterae suppletæ, de ordine lectæ, dabunt tibi nomen rerumscriptoris Romani.

(Ludovicus Korenchy.)

## II.

Intercala alteramquamque litteram sensu desideratam: T. m. o. a. u. a. t. r. t. o. m. t. m. r. n. l. i.

Tota series de ordine lecta reddet sententiam hexametricam.

(Ludovicus Korenchy.)

## III. Ad saltum equulei.

gnus	bat	a	ne	or	or
gnus	ti	a	sta	et	rant
lu	ge	ve	Si	ri	ri
com	e	si	Lon	*Ad	pus
que	pus	dem	vum	fe	pe
un	pul	in	su	lu	ri

(Elisabetha Blank.)

## IV. Quis sum?

Oculos multos habeo,  
 Quibus vero nil video.  
 Desunt mi sensus ceteri,  
 Instinctu<sup>1</sup> tamen veteri,  
 Mirum, quam sim sensibilis<sup>2</sup>;  
 Affecto coelo<sup>3</sup> similis.  
 Si tangis me, iam strideo;  
 Si tollis, ponis, — rideo.  
 Laboriosa renidesco,  
 Sed otiosa erubescio.

<sup>1</sup> ősi ösztönnél fogva    <sup>2</sup> érzékeny    <sup>3</sup> az időjáráshoz.

Constructor ephemeridis: JOSEPHUS IRSIK.

Budapest, I., Lipótmezei-út 6.

ad quem litteræ quæcunque mittantur.

Administratio ibidem.

Sumptibus Societatis Magistrorum Intermedi-scholarium Catholicorum. — A Katholikus

Középiskolai Tanáregyesület költségén.

(Praeses: STEPHANUS ACSAY DR., elnök.)